


NICOLAI COPERNICI

Remanet ergo reliquus N E D, part. cxxvii. scrup. v. in summitate noctis tertiae. Iam uero ostensum est, quod D E M part. erat xxxiii. scrup. xx. relinquitur M E N, part. xciii. scrup. xl v. Et est angulus apparentiae inter secundam & tertiam noctis extremitatem, in quibus etiam satis congruit numerus cum obseruatis. At quoniam in hac ultima Martis obseruata fulsione, uisa est stella in part. ccxxxv. scrup. l. distans ab apogaeo eccentrici part. (ut demonstratum est) cxvii. scrup. v. Erat ergo locus apogaei eccentrici Martis in partibus cœlum octo, scrup. l. non erratum stellarū sphæræ. Explicetur iam orbis terræ annuus circa e centrum, R S T cum diametro R E T, parallelo ipsi D C, quatenus R sit apogaeum commutationis, T perigaeum. Quoniam igitur uisus planeta erat in E X, ad partes secundum longitudinem 235. scrup. 54. & angulus D X E ostensus est part. viii. scrup. xxxiii. differentia æqualitatis & apparentiae, & propterea medius motus part. ccxl. iii. s. Sed angulus D X E, æqualis est ei, qui circa centrum S E T, partiū similiter viii. scrup. xxxiii. Si igitur S T circumferētia part. viii. scrup. xxxiii. auferatur à semicirculo, habebimus medium motum commutationis stellæ, & est R S circumferētia part. clxxi. scrup. xxvi. Proinde etiam inter cætera demonstratum habemus per hanc hypothesim mobilitatis terræ, quod anno secundo Antonini, xii. die mensis Epiphij Ägyptiorum, x horis à meridie æqualibus stella Martis secundum motum longitudinis medium fuerit in part. ccxl. iii. s. & anomalia commutationis in part. cxxi. scrup. xxvi.



REUTER

De alijs tribus extremæ noctis fulsionibus, circa stellam Martis nouiter obseruatis. Cap. xvi.



Dhas quoq; Ptolemæi circa Martem considerationes cōparauimus tres alias, quas nō sine diligētia accepimus. Primā anno Christi m. d. xii. nonis Iunij una hora à media nocte. Inuētusq; est locus Martis in part. cc. xxxv. scrup. xxxiii. pro ut Sol ex opposito erat in part. l. v